

168

nisi completo numero electoꝝ. cuius completio est quedam executio totius di-
uine p̄estinationis. Unde non p̄petit reuelationem fieri de fine mundi nisi ei
cui sit reuelatio de tota p̄estinatione diuina. sed homini christo. per quez to-
ta diuina p̄estinatio totius humani generis quodammodo impletur. Unde
dicit Job. v. Pater em̄ diligit filium ⁊ omnia demonstrat ei que ipse facit.
Ad rationes in oppositum. Ad p̄mam respondeat negando p̄sequentiam. Et
ratio est. quia non est simile de p̄mo aduentu ⁊ secundo. quia p̄mus aduentus
christi nobis parabat viam ad merendu p̄ fidem ⁊ alias virtutes. ⁊ ideo ex p̄-
te nostra requirebat p̄mi aduentus noticia. vt credendo in eum qui venturus
erat ⁊ per eius gratiam mereri possemus. In secundo autē aduentu premia
reddent p̄ iustis. ⁊ sic ex parte nostra non requirit quid agamus aut quid co-
gnoscamus. sed quid recipiamus. Unde non oportet p̄cognoscere determinata
re tempus illius aduentus. Ad secundam rationem respondeat. negando cō-
sequentiam. Et ratio est. quia illa signa posita sunt ad manifestandu q̄ quisqz
mundus finiet. non autē ad manifestandu determinatum tempus quando fi-
nietur. Nonunt autem inter illa aliqua signa que quasi a mundi exordio fu-
erunt sicut q̄ surget gens contra gentem. ⁊ q̄ terremotus erunt per loca. sed
instante mundi fine de c̄ abundantius euenient. Que autem sit illa mensura
hoꝝ signoꝝ que ante finem mundi erit manifestū nobis esse non potest. Ad
tertiam respondeat negando consequentiam. Et ratio est. quia sicut Augu-
stus dicit li. lxxij. q. vi. Etas mundi comparat vltime etati hominis. que deter-
minato numero annoꝝ non diffinit sicut alie etates diffiniunt. sed quādoqz
etatem durat quantū omnes alie vel etiam amplius. Unde etiam ista vltima
etas mundi non potest determinato numero annoꝝ generationem diffinire.
Ad quartam respondeat negando consequentiam. Et ratio est. quia ex hoc q̄
dicit. nouissima hora. vel ex similibus locutionibus. que in scriptura dicunt
non videt aliqua determinata quantitas temporis sciri. Non em̄ illa sunt di-
ctā ad significandu breuem horam ipsi⁹ temporis. sed ad significandu status
mundi q̄ est quasi nouissima etas. que quanto tempore duret non est diffini-
tū non em̄ legi euangelice alijs status succedet. que ad perfectus adducat. sicut
ipsa succedit legi veteri. ⁊ lex vet⁹ legi nature.

**In dominica tertia est euāgelium. Cum audisset iohannes in v̄mclis opera christi Math. xj. Circa qd̄ occurrūt sequentes q̄stio-
nes disputande. Primo. Utrū beat⁹ Iohannes baptista dubitauerit an
Christ⁹ esset q̄ mittendus erat saluator m̄di. Secūdo. Utrū Christ⁹ conue-
nienter respondit ad q̄stionem Iohannis. Cū ait. Dicite Iohanni. Ecci vi-
dent ⁊. Tertio. Utrū beat⁹ Iohannes fuerit pl⁹ q̄ p̄pheta.**

**De p̄mam questionem sic p̄ceditur. Qua queritur
Utrū beat⁹ Iohannes dubitauerit an Christ⁹ mittendus erat
saluator mundi. sic procedit. Et videt q̄ sic. Primo. Quia q̄stio
est dubitabilis p̄positio. Ipse autē quesivit verū ipse Christ⁹ esset**